

Sermo. c.

recordari. **M**oraliter anima immerfa voluptatibus et delictis carnis perdit memoriam dei sunt. **C**ontra quos dicit in ps. Adhereat lingua mea faucibus meis si non meminero tui. Et sicut spiritus in ventre memorie infirmat. Quarta memoria est exemplorum. et est proximis exhibenda videlicet per odorem bone fame et conuersationis honeste. Opera enim strenuitatis et victorie solent haberi in memoria. et ideo vincentes mundum per paupertatem. carnem per castigationem. sensum proprium per humilitatem. memoria dignos faciunt seipsos. **J**uxta illud Eccl. xlv. Dilectus deo et hominibus cuius memoria in benedictione est. **N**arrat magister in historiis quod Moyses duxit in uxorem filiam regis ethiopiae. Et cum in patriam suam redire voluisset impedire nitebatur cum uxore. et Moyses tanquam vir astrozum sculpsit in gemmis duas imagines huius efficacie ut altera memoriam. altera obliuionem conferret. **C**umque paribus et similibus anulis eas inseruisset obliuionis anulum uxori tradidit. et memorie secum anulum tulit. ut sicut pari amore sic paribus anulis insignirentur. **C**epit ergo mulier obliuisci viri sui. et sic Moyses libere regressus est in patriam suam. **M**oraliter animus humanus magne celestis cum carne terrena que per ethiopiissam designatur coniugium contrahit quando infunditur corpori. **S**ed animus aut spiritus rationalis naturaliter desiderat beatitudinem et vult in celum reuerti. **S**ed ista uxor cum impedit. et ideo utendum est cautela. **M**oyse ut duos anulos in gemmis faciamus. et anulum obliuionis carni tradamus. **A**nulus obliuionis est cogitatio mortis. quia obliuioni hominem reddit et tradit. **J**uxta illud ps. Obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde. **S**ed anulus memorie est cognitio vite eterne. ubi in memoria eterna erit iustus. sic libere in celestem patriam reuertamur. **O**ctauo spiritus humanus patitur infirmitatem in dorso. videlicet in voluntate que significatur per dorsum. et hec facit spiritum hominis vel animam bonam vel malam. **B**erni. attestante qui ait. **A**nime licet in infirmitate vel ignorantia sepe cadant in bonam voluntatem quam habent resurgunt. **H**ec est que bonam facit animam. **S**i vero fuerit voluntas vitiosa facit vitiosam. **E**cce infirmitas spiritus. **N**ono patitur infirmitatem in manibus videlicet in operatione. **E**st autem infirmitas manuum duplex. ut leprositatis et ariditatis. **I**nfirmitas lepre est infirmitas mali exempli. **Q**uia sicut lepra inficit. ita malum exemplum. **I**deo dicit apostolus. ij. **C**orinth. xj. **N**emini dantes ullam offensionem id est. exemplum malum vel scandalum verbo vel facto. **E**t. j. **C**orinth. iij. **S**ine offensa estote. **E**t

beat. **G**reg. ix. q. iij. dicit. **T**ot mortibus digni sunt quot in alios perditionis exempla transmittunt. **E**t ideo dicit **T**ullius moralis. **N**ulli tu fueris prebens exempla malorum. **N**e condemneris pro peccatis aliorum. **I**nfirmitas autem ariditatis manuum est auaricia. **Q**uia super illud **M**at. xij. **E**cce homo habens aridam manum. dicit glossa moral. lire. quod per hominem habentem manum aridam intelligitur auarus. cuius manus ad opera pietatis et largitatis est inualida. et sic spiritus hominis est infirmus in manibus cum malum exemplum tribuit et opera largitatis non custodit. **D**ecimo et ultimo spiritus hominis infirmus est in pedibus affectionum. **A**ffectus enim anime aut spiritus sunt duo. amor et timor. **E**t isti sunt duo pedes anime qui male infirmant cum conuertuntur ad timorem male humiliantem. vel ad amorem male accendentem. et sic inepti erimus ad regnum celeste. **Q**uod figuratum est. ij. **R**eg. ix. de **M**yphiboseth qui erat contractus et claudus utroque pede ineptusque ad regnum. **M**yphiboseth interpretatur os confusionis. et significat spiritum peccantem. qui si claudicat et infirmat in pede amoris vel timoris ineptus est ad regnum decoris. de quo **S**ap. v. **A**ccipient regnum decoris de manu domini. **I**dcirco exemplo reguli debet quilibet homo cuius spiritus sic ut dictum est infirmatur ire ad christum et eum rogare ut sanet spiritum vel animam eius. et sic ex magna sua pietate dicet ei. **C**la de spiritus tuus uiuit hic in gratia et in futuro in eterna gloria. ad quam nos perducatur.

De eadem diuina. Sermo tertius.

Hora septima
reliquit eum febris. ubi supra. **D**icut medici quod chrysis sexta die contingens regulariter est malum. **S**eptima autem die contingens est bonum ceticitatis. **Q**uare **S**alientius li. suo de ceticis diebus dicit. **N**am septimam die assimilatur regi. et sextam diem assimilatur tyranno. **M**oraliter humanum genus laborabat diuersis infirmitatibus tam corporalibus quam spiritualibus. **I**nfirmitates spirituales sunt in anima per peccata. **S**ic infirmus fuit **D**avid qui ait ps. xj. **M**iserere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine. **I**ste infirmitates non relinquunt hominem in presenti propter quod dicit. homo continue labora in operibus penitentiae. **J**uxta illud **L**uc. xij. **S**ex dies sunt in quibus oportet operari. scilicet in operibus penitentiae et labore corporali. **S**ed quidam de his infirmitatibus ceticam preponunt sextam diem. id est in vita penitentiae que intelligitur per sextam diem. et sunt illi qui ocio et quieti se dant totaliter in presenti nolentes se dare

Dñica xxi. post trinita.

operibus penitentie. sed ista chrysis est regula-
riter. Nam qui hic opera penitentie recusat. in
futuro opera pene eterne persoluet. Iuxta illud
Leuitici. xxiij. Omnis anima que non afflictata fu-
erit hac die peribit de populo suo. Et per oppo-
situm qui hic tribulantur in operibus penitentie
pro peccatis suis vexantur quasi per sex dies et
septima die vite sue requiescunt. **Exod. xxxvij.**
Dies sabbati septimus. id est. requies sancta a
domino. Et certe tunc est perfecta chrysis. quia
tunc cessabit perfecte omnis infirmitas tedij et
temptationum. carnis. mundi et diaboli. Et tunc
vere dici potest de quolibet illud verbum thema-
tis. Hora septima reliquit eum febris. et qui sic
creticant sani fiunt. Est ergo moraliter sexta di-
es in ceticando quasi tyrannus sicut **Salienus.**
quia illi qui delictis et quicti se dant in hac vita
carni se subijciunt. cuius fomitem vocat beatus
Augustinus tyrannum. Sed septimus dies est
quasi verus rex sub quo spiritus liberati dona-
tur. In cuius figura dicitur **Danielis. xiiij.** q. rex
venit die septima ad **Dantelem.** et eripuit eum de
lacu leonum. Et similiter hic dicitur q. die septi-
ma reliquit. Quia in futura vita que significatur
per diem septimam cessabit omnis infirmitas cor-
poralis et spiritalis. In quo quidem verbo eu-
gelista quo ad sensum moralem principaliter duo
tangit. Primo tangit cessationem vite peccabilis
ibi. Hora septima. Secundo mutationem pene da-
nabilis. ibi. febris. Circa que notandum q. septem
sunt peccata in septem febribus designata que
septima hora cessabunt. et sententia damnabilis
pene mutabunt. Primum peccatum est supbia et si-
gnificat per febrim que quartana nominatur. cuius signa
sunt sicut **medicos.** quia de quarto in quartam di-
em affligunt vel circiter quattuor horas et recte
significat supbiam que affligit ita ut ita dicat spi-
ritus hominis in quattuor horis diei. Prima ho-
ra est quando aliquis credit se habere bona a se
ipso que habet. quod est verum signum supbie ut
dicit **Beda** in omel. qua laborant illi qui dicebant
ps. xj. Labia nostra a nobis sunt quis noster do-
minus est. Sex autem sunt que facit supbus qua-
si crederet bona sua habere a seipso et non a deo.
Primo cum de bonis suis gloriatur et erigit. de
quo **Job. x.** Vir vanus in supbiam erigit. et quasi
pullus onagri liberum natum se putat. Contra
quem loquitur **apostolus. i. Cor. iij.** Quid habes quod
non accepisti. Si accepisti quid gloriaris quasi non
acceperis. Secundo cum de bonis suis se iactat. quod
non facit **Job** qui ait. **c. xxxj.** Si. i. non osculatus
sum manum meam. In manu sicut **glossa.** intelligit ope-
ratio. In osculo quod est contactus oris intelligit
laudatio. Ore enim spiritualiter tangit res
que laudantur. Unum osculum manus est laudatio pro-

prie operationis. Tertio cum de bonis suis gratias
non agit. Pro cuius ingratus dicitur non cognoscere boni
ficii acceptum eo quod faciat ac si non cognosceret deum
pro eo gratias non agit. de quo dicit **Bernardus.** Ingratitu-
do est ventus vrens siccans sibi fontem pietatis.
rosam misericordie. flueta gratie. Quia sicut **Gregorius.**
non est dignus dandis qui non agit gratias de da-
tis. Quarto cum habentem bona similia contem-
nit. Quinto cum sibi et non deo vivit. Nam verissima
recognitio domini est redditio census vel servitij. et
cum superbus deo servire rennuit ipse bona sua ab
eo non cognoscit. Sexto cum de bonis suis pauperibus
non tribuit. Unde **Augustinus.** Dicit tibi chris-
tus. Da mihi ex eo quod dedi tibi. de meo que-
ro et non mihi donas. Secunda dies vel hora que pa-
titur superbus ad instar febricitantis est cum cre-
dit bona sua habere a deo pro meritis suis. et in
hoc fatuum se ostendit. Primo quia ipse nihil dat
deo nisi prius hoc dederit illi. Ideo **Esai. xxxvj.** di-
citur. Omnia opera nostra operatus est in nobis
dominus. et bonus non inquit sunt talia merita ut propterea
vita eterna debeatur ex iure ut deus iniuriam eius
faceret nisi eam donaret. nam ut taceam quod merita
nostra dei sunt dona. et ita homo magis pro-
pter ea debitor est deo quam deus homini. Et quod
sunt omnia hec merita ad tantam gloriam. qua-
si diceret nulla. Secundo quia bona nostra ex se sunt
quasi moneta absque argento. verbi gratia. valor
est in operibus dei. et sine eo sunt opera nostra falsa
moneta. Tertio quia que in oculis nostris vide-
tur merita frequenter in oculis dei sunt demerita
2. Job. iij. Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles.
et in angelis suis reperit prauitatem. quanto
magis qui inhabitant domos luteas. Et **Esai.**
lxvij. facti sumus ut immundi omnes nos. qua-
si pannus menstruate vniuerse iusticie. Et beatus
Gregorius. Sepe inquit iusticia nostra ad examinem iusti-
cie diuine deducta iniusticia est. et solet in con-
spectu iudicis quod fulget in estimatione opera-
tis. Tertia quarta dies vel hora quando quis cre-
dit se habere bonum quod non habet. Contra quod dicitur
Esai. v. Neque sapientes estis in oculis vestris
et coram vobismetipsis prudentes. Et **Prover. xxvj.**
Vidisti hominem sibi sapientem videri. magis spem
habebit insipiens. quia impedit eum a gratia dei
quam non petit cum credit eam habere. et quia non
petit itaque non accipit. unde **Sene.** unde mutari volumus
quia nos optimos credimus. Quarta dies vel ho-
ra est cum quis in opinione sua prefert se alijs. propterea quod
dicit **Prover. iij.** Ne imitaris propterea prudentie tue
nec sis sapiens apud teipsum. ubi dicit **Bernardus.** et ha-
betur extra de preceptis. Ne imitaris. prudentie sue
innitit qui ea que sibi agenda et dicenda videntur
patrum decretis preponit. Sed sapiens est apud
se qui in illis que ex magisterio potuit recte

Sermo. c.

cognoscere se pre ceteris quasi doctorem extol-
lit qđ tñ null⁹ facere debet. qđ dicit **Berū**. Noli
te compare maiorib⁹. noli minorib⁹ vel vni vel
nemini. nō dico preponas sed nec compare pre-
sumas. Scđm peccatum est auaricia et denotat
in febrī qđ dicitur ethica. Et dicit ac ethis quod
est cōsumptio. qđ in ethica est calor innaturalis
cōtinentie humiditatem radicalem consumens
Atiā pro tractatu temporis intrin extenuat pati-
ens vt solū maneat cutis. et recte significat auar-
riciaz que per nimium studium et vigilias circa
tpalia consumit humidum gratie et virtualis vi-
te. Ideo legit qđ beatus **Berū**. vidit vnū homi-
nem stantem super vnū puteum scintillas de pu-
teo exentes deuorantē et macilentam faciem ha-
bentē ex toto corde trementē et tandem cu3 ob-
stupisset que vidit quesuit ab eo quare sic sta-
ret super puteum? Respondit. propter honores
quesuit quare corpus haberet sic tremens? Re-
spondit propter timores. Moraliter iste homo
significat quemlibet auarū qui frequenē stat su-
per puteū huius mundi et deuorat scintillas cū
nō cessat cumulare diuitias. et habet etiā ad lit-
terā faciem macilentā propter curā assiduam et
crumnam. qđ **Eccl̃s. iij.** dicitur de auaro diuite.
Auncti dies eius laboribus et erūnis pleni sunt
et propterea extenuat in toto corpore suo et ha-
bet corpus tremēs. qđ auar⁹ tremit et trepidat.
vbi trepidandum non est. Juxta illud ps̃. Deu3
non inuocauerūt illic trepidauerūt vbi non erat
timor. ideo dicit **Seneca**. Auarus vidit regez et
estimat predonem. vidit pauperem et estimat fu-
rem. et sic tremit auarus ad similitudinē febricitan-
tis. ad quem tremorē refertur illud **Iob. xv.** So-
nitus terroris sp̃ in auribus eius. et cū sit pax sp̃
insidias suspicatur. Et illud ps̃. Posuisti firma-
mentum ei⁹ formidīnē. et **Esa. xxiij.** Formido et
fouea et laqueus super te qui habitator es terre
habitator terre est auarus qui est quasi talpa et
estuauit ex febre cum irascitur ex diuitiarū suarū
amissione. aliud quere. s̃. in d. Tertiū peccatum
est luxuria. et innuit in febre que dicitur putrida
propter putredinem humorum. quia causantur
ex supfluis et malis humoribus cum ergo mate-
ria grossa et vitiosa in corpore mouetur a calore
necesse est vt resoluatur in vaporē qui vapor nō
potest exalari propter grossitiem materie sibi re-
sistentis. et sic corrumpitur et putrescit et recte si-
gnificat luxuriā que spiritualiter et interdum cor-
poraliter facit putrescere. Juxta illud **Iob. i.**
Computruerunt iumenta in stercore suo. Quod
exponit **Greg⁹**. Iumenta in stercore putrescere
est corporales hoies in peccato luxurie vitā fi-
nire. Sicut iste princeps in tribu **Simeon** qui in-
trauit ad scortū vidēte phinees et alijs filijs isrl̃.

et **Moyses** tunc phinees arrepto gladio in lupa-
nari cum scorto transfodit. **Numeri. xxv.** Et sic
in luxurie putredine vitam vtriqs finit. Quar-
tum peccatum est ira et significatur in febre qđ di-
citur effimera et est illa in qua spiritus et vapores
sunt accensi et raro vltra diem vel noctem durat
nisi in putredam febrem mutuetur. Causa autē
febrū effimere sunt cause priuatiue calefaciētes
essentialiter vel accidentaliter. et habet nomē su-
um a quodam pisce qui dicit effimerus qui eodē
die quo nascit moritur. et significat iram in qua
accendunt spirit⁹ hominis. Quia s̃m **phm.** ira
est accensio hominis circa cor et raro vel nunq̃
debet durare vltra diem vel noctem. s̃ statim de-
bet suffocari. Nā dicit **Aug⁹**. Sicut acetum cor-
rumpit vas si diutius ibi fuerit. sic ira corrumpit
cor si in aliū diē durauerit. Dicūt enī doctores
qđ ira mala duas habet spēs. quedam enī est su-
bita et sine deliberatione rōnis que venialis est.
Alia vō cum deliberatione et sensu rationis que
mortalis est. et has duas species tangit **David**
ps̃. iij. Irascimini et nolite peccare. q. d. Si su-
bito ira surgat in nobis nā assentiat rō. Ira ve-
rō qđ cū deliberatiōe fit si inueterascat odiū dici-
tur. Est enī ira odium inueteratū. qđ ap̃us pro-
hibet **Eph. iij.** Sol nō occidat sup iracundiam
vestrā. i. nō diu duret sicut febris effimera. et si-
cut causa effimere aliqua est essentialis alia acci-
dentalis. Sic ira in aliquib⁹ hominibus ē essen-
tialis. s̃. a natura. quia a natura sunt inclinati ad
iram. In alijs autem causatur accidentaliter et
qualitercūqz tamē causet mala corpori opatur.
que enumerat **Iud. de su3. bono** Ira occidit mē-
tem serui. proximum offendit. omnemqz salutē
corporis abiicit et retendit. Cui concordat **Tul-
lius** de tuscūlanis questionibus li. iij. Ira veri-
tatem tegit. iusticiam peruertit atqz omnē vtutē
abiicit. animāqz offendit. ideo eadem hora et die
quibus nascitur econtra mori debet. Juxta illud
Eccl̃i. xix. Aufer iram a corde tuo. vbi dicit glo.
Auferenda est ira a corde. qđ est quasi quedā tē-
pestas mentē quadā grauedine destruēs. sic dicit
Greg⁹. Sicut tempestas timeē ita ira timenda ē
cordi. Quintum peccatum est gula et figurat in
febre que dicitur quotidiana. et generatur ex flec-
mate putrefacto et recte significat gulam que fa-
cit corpus putrescere. quod testatur **Chrys⁹**. de
conse. di. v. nihil. Excessus inquit ciborū consu-
mit et putrescere facit. corpus humanum et ma-
ctat egritudinem diuturna et tunc cū morte cru-
deli consumit. Sextum peccatum est inuidia et si-
gnificat in febre que dicit erratica et hoc non fit
certis et determinatis horis sed incertis. et con-
grue denotat inuidiam que non fit certis horis.
sed tunc solum qñ videt inuidus prosperitatem

Dñica. xxiij. post trini.

tūc solum qñ videt inuidus prosperitatez homi-
nis quam sine inuidia videre non potest. quia di-
citur. **1. Reg. iij. q.** **Del** nō poterat videre lūcer-
nam anteq̃ exstingueretur. quia inuidus nō po-
test videre bonū proximi quo licet coram deo et
hominibus per bonam famam. sed quando dia-
bolo procurante extinguitur per infamiam tunc
acute videt. **Contra qd̃ dicit Bern.** Si quis bo-
nus est non inuidet melioribus et qui sibi videtur
agere melius bonū non spernat alterius bonum
Septimū peccatum est accidia. et significat in se-
bre que dicitur tertiana que tangit patientem ter-
tia die. et huius sunt tres species. scilicet. continua in-
terpellata et carison. et recte significat accidiam
que deberet habere tres ptes penitentie. scilicet. ptri-
tionem confessionē et satisfactionem. sed has ne-
gligit diabolus procurante. **Nā** quidā frater vt le-
gitur adiurauit demonem vt ab obfesso extret et
nomen suum diceret. **Et** ille tres inquit sum⁹ in
hoc nomine. ego vero vocor claudens cor et of-
ficiū meum est cor peccatoris indurare ne cō-
tritionem habeat p peccatis. **Alius** vocat clau-
dens os cuius officium est impedire ne confitea-
tur licet conteritur. **Tertius** dicit claudēs mar-
supium cuius officiu⁹ est ne elemosinis peccata
redimant. et peccator satisfaciatur et sic fere omnes
lucramur. **His** septem febribus fere egrotat to-
tus mūdus. aliqui in quartana supbie. aliqui in
ethica auaricie. tertij in putrida luxurie. quarti
in effimera ire. quinti in quotidiana gule quam
quotidie frequentat vt potatores et crapulosi. se-
xti in erratica inuidie. septimi in tertiana accidie
quare necesse est vt hora septima sanent ab his
febribus et relinquunt. et hec hora septima ē do-
num spūs sancti qd̃ est timor q̃ expellit peccatum
Eccl. i. qd̃ ē mors aie. Ezech. xviij. Anima que
peccauerit ipsa moriet. ideo dicit **Iohes** casti-
nus de institutione monachorum. lib. iij. Prin-
cipium nostre salutis nostreq; sapiētie fm̃ septu-
ras timor dñi ē. **Timor** enī dñi nascit ex compū-
ctione salutari. de compūctione enim cordis p-
cedit abrenunciatio. id est. ptemptus omniū fa-
cultatū. de nuditate humilitas pcreatur. de hu-
militate mortificatio voluptatum generatur. de
voluptatis mortificatione extirpant atq; marce-
scunt vitia vniuersa. de vitiorum expulsionē vtu-
tes fructificant atq; succrescunt de virtutū pul-
lulatione puritas cordis acquirit. **Per** puritatez
apostolice charitatē perfectio possidetur. hec fu-
it sententia beati **Antonij.** Vel moraliter per se-
ptem horas intelliguntur septem dona spūs san-
cti que enumerat **Isa. xj.** Prima hora est donū
sapientie quod viriliter luxuriam despiciet et to-
tum hominez libertati castitatis restituit. **Secda**
hora est intellectus qui gulā violentē reprimet et

celestibus delitijs mentē spūaliter reficit. **Ter-
tia** hora significat in dono p̃siliij quo ad auarici-
am potenter extinguit thesauros celestes sapien-
ter p̃quirat. **Quarta** hora est in dono fortitudinis
que accidiam violentē opprimit. et vigorē men-
tis ad operandū vehementer impellit. **Quintū**
donū innuit p̃ donū scientie que irā totaliter se-
dat et totū hominē in se prudēt pacificat et qui-
etat. **Sexta** hora figuratur i dono pietatis que
inuidiam conculcat et proximū ad se dulciter in-
uitat. **Septima** hora ē in dono timoris q̃ ab ho-
mine superbiam expellit et deum humiliter itro-
ducit. et sic spūs febricitans videlicet peccator ab
infirmirate conualescit. vel alio modo peccator
saluatur hora septima. prima hora est cū pec-
catorum suorum attendit multiplicatē. **Sicut**
Manasses q̃ ait. **1. Paral. xxxij.** Peccata mea
sup numerū arene maris. **Secda** hora qñ atten-
dit ad emendandum temporis breuitatē. de qua
Job. xiiij. Breues dies hoīs sunt. **Tertia** qñ at-
tendit iudicis equitatem de q̃ p̃s. **Iust⁹** es dñe et
rectū iudiciū tuū. **Quarta** qñ habet de peccatis
contritionem. p̃s. **1.** Cor contritum et humiliatū
deus non despiciet. **Quinta** qñ habet cōfessionis
integritatem. **1. Jac. v.** Confitemini alterutrū pec-
cata vestra. **Sexta** qñ habet satisfactionis sedu-
litatem. **Matth. iij.** Facite dignos fructus peni-
tentie. **Septima** qñ habet dei et proximi pfectaz
charitatem. et in hac hora sanatur peccator ab
omnibus febribus spiritualib⁹ p̃libatis. quia
charitas operit delicta vniuersa. **Proverb. x. et**
1. q. 1. c. multe sunt.

Dñica. xxiij. post trini. sermo. j.

Simile est re-
gnum celoꝝ homini regi qui vo-
luit rationē ponere cū seruis. **Matth. xvij.** fu-
gens gladium inimicorum semper debet oculū
habere ad viā p̃ quā gradit et non ad terminū a
quo recessit. **Nā** volens p̃spicere aut opor-
tet cum stare aut si procedat oportet eum cade-
re. et in vtroq; gradu p̃sequentes appropinquāt
ad ipsum et sic est in periculo. **Moraliter** autem
inimici nostri sunt demones. qz dñs dixit ad **Euā**
Gen. iij. Inimicitias ponā inter te et serpentez. scilicet.
infernales. Illorum inimicorum est gladi⁹ pec-
catum scindens ex vtraq; parte. quia scindit cor-
pus et animā. **Horū** quidē gladiū fugiūt peniten-
tes ideo semp ante oculos debent habere viā pe-
nitentie et terminū ad quem tendūt et appropin-
quant. scilicet. vitam eternam. quia cogitantes et ocu-
lis cordib⁹ p̃templantes eterne vite dulcedinez
audaciores efficiunt. ad mundi fugaz nō debent